

SECTIO SEXTA DE
CATAPOTIIS, SEV
PILVLIS.

*

*
Pil. alephā-
gina.



CATAPOTIA aromatica nobis inuen-
ta, ventriculū, cerebrum, & sensoria
humoribus crassis, putribus, pituitosis
purgat, & inde natum dolorem dissipat,
ventriculū roborat, coctionem eius
iuuat: recipiunt cinnamomi, cubebæ, li-
gni aloës, calami aromatici, macis, nucis
moschatae, cardamomi, caryophyllorū,

† Alij sex,
alij quatuor
lib.

afari, mastiches, schœnu anthūs, spicæ, carpobalsami, ana vnc. 10
vnam: absinthij sicci, rosarum, ana drac, quinque: terantur, pa-
rum coquantur in aquæ libris duodecim ad quarum partium
consumptionem: fricentur tunc manibus, & colentur, expri-
mantur. Accipe aloës bonæ libram vnam, laua sæpe in scutel-
la lapidea vitrata cum aqua pluuia: siccetur: ipsi affunde deco-
cti prædicti circiter lib. duas: tere in sole: deinde ipsi aloën mi-
sce, myrrhæ, mastiches, ana drach. quinque: croci drac. tres: te-
re curiose: prædicti decocti reliquum ipsis affunde: tere donec
siccetur: fac catapotia ciceris magnitudine. Dantur à drach.
duabus ad aureos duos. Interdum aloës tantum vncias qua- 20
tuor indimus. Interdum aloë lauanda aqua myrobalanorum,
tunc dantur à drachmis quatuor ad drach. octo: coquatur au-
tem in ea aqua: deinde siccetur: postremò lauanda aqua aro-
matum, vt diximus: sunt enim salubria hæc catapotia.

Auget po-
tius aloën
Manar.
Sunt qui la-
uant succo
brassicæ, alij
aqua cui
dis infu-
sum fuit
rhabarba-
rum.

Καταπόσις Græcis à κατὰ πῶς, est medicamentum quod
integrum deglutitur, vulgò pilula vocatum, à parua pi-
læ figura, nullo angulo ventriculū ledente & habi-
li simul tangi multis ventriculi partibus. Fieri autem
catapotia possunt, tum ex prædictis omnibus antidotis, tum
ex alijs mox declarandis. Purgantes verò materia hac for- 30
ma ferè concluduntur, vel vt facilius deuorentur, etiam
saccharo, folijs auri, carne fructuum non autem pelle, vel a-
lio quopiam simili interiecta: vel vt mora in ventriculo lan-

gis

giore diutius agant, à remotioribus q̄ in ipsum, & intesti-
na humores vacuandos attrahant. Massa enim durior quā-
lis est catapotiorum ægrius à Ventriculo comminuitur, ob
idq̄ tardius agit: liquida verò contra confestim vacuant,
& simul vacuantur. Quæ horum in medio sunt, tempus ad
actionem mediocre requirunt. Propterea quæ cito agere
volumus catapotia, damus admodum mollia & parua: præ-
cipue quibus imbecillus est Ventriculi calor. Catapotia diu
seruanda ex aqua aliqua sola, aut succo solo ne formaueris,
quòd citius siccentur, vel situm contrahant, nec vires simpli-
cium cohibent: sed Syrupis actionem catapotiorum iuuantibus,
vel alio & glutinoso, & iucundo humore. Catapotia
sunt inuenta, vt semel deuorentur (vnde & nomen habet)
ne suo sapore ingrato linguam vitient, vtq̄ diuturna in Ven-
triculo mora, à remotis etiam partibus attrahant. Cum ve-
rò ferè sint Valentibus simplicibus composita, initio februum
cruda adhuc materia nõ sunt danda, quia mouent & agi-
tant, nec vacuant. Vnde Symptomata sequuntur à Gal. scri-
pta apho. Coccocta medicari. Neq̄ danda sunt emaciatis, &
Ventriculum habentibus imbecillum, vt à quo nõ sint dis-
soluenda, & in actum reducenda à quibus si sumpta sint
cochlearia tria iusculi multum calida sorbeantur. Si autem
ob duritiem non dissoluantur, vomitu reijciantur. Nisi quæ
in his sunt clementissima, & mollissima, & minimè de-
uoratur, qualia aromatica communia, mastichina, & alia
quædam, de quibus post. Catapotia Thomæ de Garbo secre-
ta his affinia ad affectus cerebri, spinæ, neruorū contuma-
ces, à materia frigida, crassa, lenta, præsertim sub finem
morborum. Cubebæ, nucis moschatæ, cinnamomi, spicæ,
anisi carpobalsami, schœnu anthus, mastiches, asari, caryo-
phyllorum, calaminthes, ana drach. duas: turbith, colocyn-
thidis, ana drachmas tres: myrobalanorum omnium ana

Κόκκωις eticis
vocari Græ-
cis ait Ma-
nard.

drach. duas, agarici, sennæ, ana drachmam vnam: aloës pondus omnium cum succo menthæ.

† **C** Atapotia stomachica, pituita & bile flaua ventriculū, hepar, caput, sensoria, iuncturas purgant: recipiunt hieræ picræ drach, septem: † trium myrobalanorum, ana drac, tres: agarici drachmas duas: turbith boni drachm. decem: epithymi Cretensis, anisi, ana drachm. duas & semissem: salis Indi drach. duas: absinthij, scammonij, ana drachmas tres: fac catapotia cum penidiorum drachmis tribus, & succo cichorij, dantur darch, duæ,

† Cepulariū,
citrearum,
Ind.

Sumuntur ad drachmam vnā & dimidiam, tantum coctione ventriculi absoluta ad affectus pituitosos præferim, sed etiam biliosos & melancholicos, Horis quatuor post sume iusculum lauatorium, & hora vna post prandē, sed parcius: quin & drachma vnica mediocriter purgant hiera picra Galeni, myrobalani flauæ, nigræ, cepula.

○ **C** Atapotia stomachica alia cerebrum, & ventriculū corruptis humoribus purgant, ventriculū roborāt, coctionem iuuant, appetentiam excitant: hieræ picræ drach, decem: trium myrobalanorum, absinthij, ana drach, duas: mastiches, anisi, bellericarum, emblicarum, agarici, ana drach, tres & semissem: zingiberis drachmas duas: caryophyllosum, salis gemmæ, schoenu anthūs, ana drachmā vnam: turbith drachmas duodecim: confice cum succo absinthij. Da drachmas duas vel tres,

Possunt dari tantum à drachm. vna, ad drach. vnam & dimidiam, vt prædicta: nam corpora regiones frigidas habitantia, quia pituitosa, alba mollia, minus valentia ferunt medicamenta, quam corpora nigra sicca, dura regiones calidas, vt Aegyptum, Aethiopiā colentia, Gale. in 39 lib. c. ph. g. Catapotia autem ex puluere solius hieræ picræ Galeni cum melle rosato, vel syrupo rosato, vel alio formata idem possunt quod hiera ipsa, & ad drachmas duas sumi possunt. Catapotia Rufi ex aloës vnc. duabus: croci myrrha, ana vnc. vna, cum vino albo aromatico: vel potiùs syrupo,

rup. limonum: vel succo citrei formāda, illis proxima sunt viribus. Pro croco autem ammoniacum, thymiama miscet Paul. lib. 3. cap. de pestilentia ex Rufo. Sunt enim contra pestem salubria, præsertim additis vncijs duabus boli Armenicæ & aloë, si æstas sit, lota in aqua intybi & rosarū. Nam ventriculum, intestina, mesaraeum, hepar, cerebrum purgant humore putri, bilioso, aut pituitoso. Dantur manè ieiunis drach. vna.

10 **C**Atapotia stomachica alia idem pollentia, recipiunt trium **O**
myrobalanorum ana drachmas tres, rosarum mastiches, ana drachmas duas: cardamomi, ligni aloës, fantali citrini, cubebæ, caryophyllorum, schœnu anthūs, nucis moschatæ, ana drachmas duas: rhabbari vnciam semissem: turbith drachmas septem: aloës pondus omnium: comprehendere omnia vino odoro.

CAtapotia stomachica alia nobis inuenta, ventriculum & **O**
caput expurgant: quouis tempore sumi possunt: recipiunt turbith drachmas decem, mastiches drachmas quatuor: rosarum drachmas tres: aloës bonæ pondus omnium: compre-
10 hende succo absinthij.

Materiam pituitosam, putrem, præcipuè aquosam ex ventriculo & cerebro vacuant à drachma vna ad drachmam vnam, & semissem.

CAtapotia stomachica alia, caput & ventriculum purgan-
tia, recipiunt aloës drachmas sex: mastiches, rosarum, ana drachmas duas: compone cum succo solani.

Hæc ostendunt hieram picram Galeni tribus his simplicibus absolui posse, sed minus efficacem, vt antè docui.

30 **C**Atapotia stomachica alia recipiunt myrobalanorum fla- **O**
uarum, aloës, turbith ana drac. decē: rosarum spicæ, mastiches, ana drachmas duas & dimidiam: anisi drachmā, vnam & semissem salis Indi, croci, ana drachmam vnam: misce cum succo absinthij.

Hæc ob myrobalanos flauas, bilē flauā leuiter vacuant.

CAtapo. diarrhodon, ventriculum firmant, coctionem iu- **O**
uant, oris odorem commendant: recipiunt trochiscorum

diarhodon, absinthij, ana drach. quinq; , summitatum scœnæ anthûs, mastiches, ana drach. duas : salis Indi drachm. vnam: aloës bonæ pondus omnium: comprehende aqua foliorû citri.

Pituitam, præsertim tenuem & putrem, à Ventriculo vacuant, & vi aloës etiam bilem.

* **C**Atapotia polychresta nobis inuenta, ob idque sic appellata, quod sint efficacia ad multos affectus capitis, ventriculi, hepatis: purgant enim ex his & sensoris pituitam, & bilem vtranque: quapropter febribus antiquis, complexis, & inuicem complicatis commodant, recipiunt myrobalanorum flauarum, rhabarbari, ana drachm. quatuor: succi eupatorij, succi absinthij, ana drachmas duas: scamthoni Antiocheni in pomo cocti drachmas quinque: cepularum Indarum, agarici, colocynthidis, polypodij, ana drachmas duas: turbith, aloës, ana drachmas sex: mastiches, rosarum, salis gemmæ, epithymi, anisi, zingiberis, ana drachmam vnam: † electarij rosarum quantum sufficit ad comprehensionem. Fiant catapotia crassa: da à drachma vna ad aureum vnum.

† à Mes. non Nicol. scripti.

Humores tennes & calidos potius quàm pituitosos, crassos, frigidos, vacuant à toto corpore. sed præcipuè à dictis partibus. Dantur cocta iam materia & iam mixta in febribus heterogenibus inuicem complicatis. Sunt etiam salubria purgationi vernæ. Dantur hora vna ante diluculum. Omnium pilularum quibus vtimur, has maximè excellentes scribit Manardus, & quia tutiores, & efficaciores, per aggregatiuas absolute scriptas intelliguntur.

OAtap. polychresta maiora, pituitam crassam lentam purgant, & inde natos affectus, colicum, arthriticum, ischiadem, podagram, ventris totius inflationem: præter hæc hæmorrhoidas sanant. recipiunt bdellij, myrobalanorum nigrarum, emblicarum ana drachmas quatuor: turbith boni & electi drachmas tredecim: feminis apij, scœniculi, anisi, carui, ameos, origani, rosarum, lepidij Indi, rutæ agrestis, hermodactyli, salis Indi, mastiches, hammoniæ, ana drach. vnam: cinnamomi, cardamomi, acori, spicæ, croci, † casia, ana drach. semis: sagapeni drachmas quatuor: colocynthidos drac. tres: penidio

† Lignæ, seu cinnamomi vulgaris.

ridiorum alborum drachmas quatuor: aloës drachmas quindecim: commisce cum succo brassicæ, manibus tuis oleo iasmeno inunctis.

CAtapotia polychresta minora, pituitam & bilem vtranque à ventriculo, & capite purgant, obstructions hepatis liberant: ipsumque ac ventriculum roborant, febres antiquas, pruritus, vlcera [maligna] iuuant: recipiunt myrobalanorum flauarum, nigrarum, emblicarum, ana drach. tres: mastiches, anisi succi eupatorii, absinthij, rosarum, ana drachmas duas: rhabarbari drachmas quinque: hieræ picræ drachmas duodecim: confice cum succo apij. Da drachmas duas cum aqua calida.

CAtap. ex eupatorio maiora, obstructionē hepatis liberant, & icterum inde ortum sanant, ac dolorem & febres circuitu repetentes: recipiunt myrobalanorum, flauarum succi eupatorii succi absinthij, ana drachmas. tres: rhabarbari drachmas tres & semiss: mastiches drachmam vnam: croci drach. semiss: aloës drach. quinque: forma cum succo intybi. Dantur drach. duabus cum sero lactis.

20 Bilem liquidam & tenuem, & hos affectus inde natos sanant drachma vna & dimidia, etiam sine sero lactis.

CAtapot. ex eupatorio minora idem potentia, recipiunt myrobalanorum flauarum, rhabarbari, succi eupatorii, aloës, ana partes æquales: comprehende aquā apij, vel intybi. Da drachmas duas.

CAtapotia ex rhabarbaro vacuant humores crassos, lentos, multum putres, & inde ortas febres antiquas & ex aliis quoque humoribus, sanant & hepatis dolorem, ac hydrophem incipientem: recipiunt rhabarbari drac. tres: succi glycyrrhizæ, succi absinthij, mastiches, ana drachmam vnam: myrobalanorum flauarum drach. tres & semiss: seminis apij, fœniculi, drach. semiss. trochiscorum diarhodon, drachmas tres, & semiss: hieræ picræ drachmas decem: excipe aquā fœniculi. Da vespere drachmas duas, cum sero lactis.

30 Obstructiones hepatis aperiunt: & bilem, pituitamque putres præsertim, purgant.

CAtapot. ex rhabarbaro alia ad hepatis & lienis obstructionem, & hydrophem: recipiunt rhabarbari drachmas septem: ammoniaci, sagapeni, bdellij, ana drachmas decem:

Vnica drac. cancam, drachmas octo, opopanacis drachmas quatuor, thys-
sufficit, melææ, gummi, ana drachmas quatuor: turbith drachmas de-
sunt enim cem: spicæ, polij, aloës, ana drach. quinque; mastiches drac. duas:
longè valē- myrobalanorum flauarum drachmas decem: dissolue lachry-
tiores prio- mas vino, & forma. Dantur drachmis duabus cum aqua casei-
ribus.

*Catap. Imperialia hie affinia, bilem & pituitam ex nu-
tritoyis partibus vacuant. Rhabarbari vnciam vnam:
aloës vnc. duas: turbith, agarici, folliculorum senna, quin-
que myrobal. cinnamomi, amomi, cardamomi, caryophyl-
lorum, Zingib. macis, nucis moschatae, Zedoariae, cubeba, 10
xylaloes, croci, anisi, mastiches, spicæ nardi, mellis aërij,
ana scrup. vnum, cum syrupo rosato, aut violato.*

† *Lignæ
vt prius.
Eandem mi-
stionem in
tussi cum
febre potes
in alijs pi-
lulis facere.*

○ *C*atap. ex halicacabo à nobis inuenta, ad febres diu-
turnas ex humoribus variis ortas, obstructionem hepa-
tis soluunt, & inde ortum dolorem, & incipientem hydropem:
recipiunt absinthij & succi eius, & succi eupatorij, aloës, my-
robalanorum flauarum, mastiches, croci, rhabarbari, canca-
mi loti, asari, anisi, casia, seminis fumaricæ ana drachm. duas,
hierę picræ drachm. tres: confice cum aqua solani. Da à drach- 20
vna aureum vnum & semissem. Si autem tussis est cum febre,
pone venarum glycyrrhizæ pondus dimidium ad omnia.
*Solanum id, cuius aqua aut succo vult comprehendere,
sunt qui putant esse halicacabum solani speciem, & inde
nomen his impositum: alioqui halicacabum non reciperent,
nisi malè halicacabum omissum causeris, aut titulum corru-
ptum pro alchindi, vel alio.*

○ *C*atap. Philagrij ad febres antiquas: recipiunt trochisco-
rum diarhodon, trochisco. de rhabarbaro ana drach. qua-
tuor: succi eupatorij, spinæ albæ, ana drachmas duas: absinthij 30
drachmam vnam & semissem, myrobalanorum flauarum, se-
minis cassutæ, turbith, ana drachmas quatuor: agarici, aloës,
ana drachma. octo: salis Indi drachmam vnam & semissem:
confice cum aqua fœniculi. Da drachmas duas.

* *C*atap. Inda Haly ad affectus melancholicos, can-
cerum, elephantiam, alphas nigros curatu difficiles, me-
lancholiam morbum, & inde ortum timorem [& mœrorem]
quartanam, icterum splenicum, splenis dolorem recipiunt my-
roba

robalarum nigrarum, ellebori nigri, polypodij, ana drach.
 quinque: epithymi, stœchados, ana drach. sex: agarici, lapidis
 cyanæ loti, colocynthidos, salis Indi, ana drach. quatuor: succi
 eupatorij, spicæ, ana drac. duas caryophyllorū drac. vnā: hieræ
 picræ drac. duodecim: fiat massa cū succo apij. Datur à drach. *vnica drac.*
 duabus vsq; ad aureos duos cū aqua casei: Salubria sunt experta. *satis est.*

Humorem melancholicum et melancholiam vstam pur-
gant. Icterus splenicus est, qui niger Galeno dicitur ini-
tio libro 6. locorum affectorum, quod splenis vitio fiat: fœ-
 10 *dos et pallidos colores in puellis, nubilibus præsertim, vulgò*
appellamus, licet etiam viros occupet. Inde autem vocatur,
vel quia in India celebrentur, vel à sale Indo, qui niger
est eiusq; loco ruber vtendus est, non saccharum candefa-
ctum. Idem pollicentur pilulæ fumarie Auicennæ: ad pru-
ritum enim, scabiem, & affectus alios ab vsta materia na-
tos valent: recipiunt autem myrobalanorum citrearum, ce-
pul. Indarum, scammonij, ana drach. quinque: aloës, drach.
septem: tere omnia non multum subtiliter: aqua fuma-
 20 *riæ irrorata, insola ad mediocrem siccationem: secundo, et ter-*
tio idem fac: post sicca perfectè, & repone.

CAtap. Hermetis ex trochiscis colocynthidos, ad cepha-
 læam & hemicraniam difficilem, & affectus neruorum
 & iuncturarum, recipiunt trochiscorum colocynthidos, drach.
 duodecim, hieræ drach. septem: mastiches drach. duas: salis,
 gemmæ, aureum vnum, ladani boni vnciam vnā, omnia
 præter ladanum & mastichem tere, & cribra: mastiche verò
 pulueretur cum pauco oleo nucum, quo species tritæ illinan-
 tur: deinde cum ladano misceatur in mortario pistillo calido:
 fiant catapotia crassa. Da à drach. semisse ad drachmā vnā.

30 **C**Atapotia alia ex eisdē trochiscis efficacia ad affectus cere-
 bri, neruorum, & iuncturarum pituitosos: recipiunt tro-
 chiscorum colocynthidos, drachmas decem: salis gemmæ,
 drachmam vnā: ladani drachmas duodecim: olei rosarum,
 quantum sufficit.

CAtapot. ex colocynthide, ad affectus pituitosos & me-
 lancholicos, vt alphas curatu difficiles, & iuncturarum

dolores: recipiunt colocynthidos drach. sex: myrob. nigrarum
& flauarum, sagapeni, bdellij, sarcocollæ, ana drach. quinque:
†Thlaspeos fici, †nasturtij albi, salis gemmæ, absinthij Romani, ana drac.
Manard. vnam: infunde lachrymas * aquæ porri, & cum cæteris finge
* Id est, suc massam. Dantur à drachma vnam ad aureum vnum.
60.

*Pituitam crassam, lentam à cerebro, & partibus omni-
bus nervosis potenter trahunt drach. vna in fortibus: parum
tuta sunt per se, cum alijs parua portione misceri possunt
alium humorem vacuantibus, & ab alia parte, si his sco- 10
pis erit aliquando seruiendum.*

CAtap. ex sarcocolla, alba sunt: pituitam vacuant, ob id pi-
tuitosis affectibus commodat: recipiunt sarcocollæ drac.
tres: turbith, drach. quatuor: colocynthidos, drach. vnam & se-
missim: zingiberis tantundem: salis gemmæ, drach. vnam: dis-
solue sarcocollam in aqua rosata, hisque alia comprehende.

*Violenter pituitam crassam & lentam trahunt, parum
tuta vsu, nisi parua dosi in valentibus, & cum alijs mista:
descripta sunt etiam in simpl. cap. de sarcocolla.*

* **C**Atapotia fœtida maiora, vacuant pituitam crassam, cru- 20
dam, ob id conferunt affectibus inde natis, arthritidi, po-
dagræ, gonagræ, dolori spinæ & aliarum iuncturarum, ven-
triculi, colico, alphis, elephantæ, albaras: recipiunt sagapeni,
hammoniæ, opopanacis, bdellii, colocynthidis, rutæ agrestis,
aloës, epithymi, ana drach. quinque: hermodactylorum, esu-
læ, ana drachmas duas: scammonij drach. tres: cinnamomi, spi-
cæ, croci, castorij, ana drachmam vnam: †turbith drach. qua-
tuor: zingiberis drachm. vnam & semissem: euphorbij drach.
vnius partes duas: dissolue lachrymas aqua porri, & finge mas-
sam. Dabis drachmas duas. 30

†Vnica dra-
chma suffi-
cit.

*Catapotia hæc arthritica & uisida, pituitam crassam, le-
tam, à cerebro, iuncturis, & partibus alijs remotis trahunt:
vtenda potius in fine morborum pituitosorum, vt paralysis.
Dantur drachma vna. Fœtida vocantur, quod castorium,
rutam agrestem & liquores graucolentes recipiant potius
quàm quod putres humores vacuent.*

CAtapotia foetida minora idem pollentia, recipiunt sagapeni, hammoniacy, opopanacy, bdellij, myrrhæ, ana drac. quinque: turbith drach. decem: colocynthidos drach. sex: fiant vt priora. Da drach. duas.

Quod paucioribus constant simplicibus dicuntur, tamen minus tuta sunt quam priora: quia minus correctæ sunt simplicia: fortibus dari possunt à script. duobus, ad drach. vna.

CAtapotia sagapeni pituitam lentam purgant: ob id iuuat paraly sin, spasmus, dolorem iuncturarum, dorsi podagram frigidam: recipiunt sagapeni, hammoniacy, bdellij, opopanacy, aloës, castorij, rutæ agrestis, ana drach. duas: colocynthidos drach. tres. Fac massam cum aqua porri.

Pituitam crassam lentam, expulsionem paratam, à cerebro, spina, & alijs partibus nervosis potenter educunt drac. vna: tutiora tamen sunt foetida maiora.

CAtapotia ex sagapeno, ad ischiadem, podagrâ: & reliquarum iuncturarum dolorē, ac etiam vteri, mensesq; promouent: recipiunt sagapeni, hammoniacy, opopanacy, bdellij, ana drach. duas & semiss. feminis apij, ameos, rutæ agrestis, anisi, ana drach. vnam: acori, lepidij Indi, calaminthes, folij, centaurij, polij, costi, salis gemmæ, ana drach. semiss. aloës, drach. sex: colocynthidos, drach. quinque: fac massam, vtere.

Catapotia coccia pituitam à cerebro & alijs nervosis vacuant: ob id conferunt dolori capitis frigido, seu pituitoso: sic à Mesue describuntur in praxi: recipiunt pul. hieræ picræ Galeni drach. decem: colocynthidos drach. tres & tertiam partem drach. vnius: scammonij, drach. duas & semissem: turbith, strechados, ana drach. quinque, cum succo absinthij forma: dantur drach. vna. Adscriptissimus his quod vsu sint frequentia. Catapotia Galeni ex aloë idem præstantia, recipiunt colocynthidos & succi absinthij, ana partem vnam: aloës, scammonij, singulorum partes duas: mastichen Chiã & bdellium, antè etiam miscebat Gale. sed postea sustulit. Dat vndecim ciceris magnitudine adulescenti bene habito.

Lib. I. cõ. p. 12.
p. & lib. 14.
metho.

bire. Paulus autem lib. 7. medulla colocynthidos, aloës, succi absinthij, singulas partes: scammonij partes duas miscet, ac fingit $\text{x}\text{o}\text{x}\text{x}\text{i}\text{a}$, hoc est, granula erui magnitudine, datq; vnde decim: vnde vulgò pilulæ coccia dicuntur. Aliter Rasis, Gradi, Nicol. componunt. Gale. item lib. 5. methodi ad varias excrementorum species pilulas suas commendat ex aloë, scammonio, colocynthide, agarico, bdellio, gummi Arabico, non adscripta singulorum mensura.

CAtap. euphorbij, pituitam frigidam, crudam, ad neruos fluentem vacuant: ob id conferunt paralyfi: recipiunt euphorbij, colocynthidos, agarici, bdellij, sagapeni, ana drachm. duas: aloës, drach. quinq;: finge cū aqua porri. Dantur à drach. semif. ad drach. vnam.

Non vtenda nisi in necessitate magna, idq; in robustis.

**Pil. meze-
reon.** **O** Atapotia ex thymelæa, ferofum excrementum valenter purgant, seu aquas: ob id hydropem iuuant, recipiunt foliorum thymelææ aceto infusorum & siccatorum, drachm. quinque: myrobalanorum flauarum, drachmas quatuor: cepularum, drach. tres: forma cum manna, & tamar Indis aqua intybi solutis.

Dantur à drach. vna ad script. quatuor in ascite. Valide enim purgant aquas: tutius autem rhabarbaro, aut catapoty rhabarbari miscentur.

Pil. lucis. ***** Atapotia optica maiora, visum roborant, & augent, excrementa vacuant, corpus sanum seruant: sumptis his, à cibo abstinere non est necesse: recipiunt rosarum, violarum, absinthij, colocynthidis, turbith, cubebæ, calami aromatici, nucis moschatae, spicæ, epithymi, carpobalsami, xylobalsami, feseleos, feminis rutæ, schœnu anthûs, asari, mastiches, caryophyllorum, cinnamomi, anisi, fœniculi, apij, casia, croci, macis, ana drach. duas: myrobalanorum flauarum, cepularum Indarum belleric. embli. rhabarbari, ana drach. quatuor: agarici, fennæ, ana drach. quinque: euphragiae, drach. sex, aloës, pondus omnium: comprehende succo fœniculi. Dantur à drach. duabus ad drach. tres.

Pituitam à cerebro & oculis vacuant, ob id oculorum mor

morbos inde natos curant: adhæc visorium spiritum roborant, augment, puriorem reddunt, sic visionem iuuant. Optica, id est, visoria, seu cum vulgo, lucis inde dicta. Hæc roborat Manardus in pituita educenda coccyjs: in bile, aureis pilulis.

CAtapotia optica minora idem pollentia, recipiunt xylobalsami, carpobalsami, ana drach. vnam: chelidonij, drachmas quinque: rosarum, violarum, absinthij, euphragiæ, ana drach. tres: fennæ, epithymi, myrobala. flauarum, cepul. Ind. 10 bellericarum, emblic, agarici, colocynthidos, schœnu anthiûs, lycij, lapidis cyanei, ana drach. duas & semil. aloës, pondus omnium: singe cum succo fœniculi, aut chelidonij.

Minora hæc sunt vocata, quòd paucioribus cõstant simplicibus: viribus enim valentiora sunt prioribus, præsertim ad purgandam melancholiam magis, quàm pituitam: cum illa contra pituitam potentiùs purgent, quàm melancholiam.

CAtap. ex agarico, thoracem purgant pituita crassa & putri: ob id antiquæ tussi, & asthmati conferunt: recipiunt 20 agarici, drach. tres: radicis ireos, prasij, ana drach. vnam: turbith, drach. quinque: hieræ picræ, drach. quatuor: colocynthidos, sarcocollæ, ana drach. duas: myrrhæ, drachm. vnam: misce cum sapa. Da drach. duas.

Trahunt etiam à capite & iuncturis: & peripneumonia etiam conferunt script. quatuor. sine myrrha fiunt Aui- cen. cap. de asthmate.

CAtap. ad febres biliosas, & morbos ex bile flaua, & sanguine natos, recipiunt myrob. flauarum, & Ind. emblicarum, seminis fumariæ, cassuthæ, ana drach. duas: foliorum rosarum seminis citruli, rhabarbari, ana drach. duas: alij rhabarbari drachm. sex: scammonij in cydonio cocti, drach. vnam & semil. alij drach. duas & semil. succi eupatorij, succi absinthij, ana drach. duas: agarici, drach. duas & semissem: hieræ picræ, drach. octo: mellis cum casia fistula, tamar Indis, & succo intybi misti, quantum sufficit. Dantur à drach. duabus ad aureos duos. O Tuta non sunt in magnis febrib.

Catap

† **C** Atapotia ex turbith aurea dicta, bilem & pituitam citra molestiam purgant: hepar & ventriculum roborant, coctionem iuuant: recipiunt turbith boni drach. sexdecim: aloës vnciam vnam & semis. mastiches, rosarum, ana drach. septem: myroba. flauarum, drach. decem: croci drach. tres: confice cum succo absinthij.

Nomine aurearum pilularum medicis veniunt quæ à Nicolao describuntur. Hæ autem turbithicæ his appellantur Mesues sine Zingibere parat, vt sint mitiores, & minus longè trahant: Zingiber enim turbith actionis vim ta- 10 lem impartit.

C Atapotia ex turbith alia idem potentia, recipiunt turbith, myrobala. flauarum, aloës, ana, drach. decem: mastiches, rosarum, spicæ, ana drach. duas & semis. anisi drach. vnâ & semis. croci drach. vnam: fiat massa vt prius. Alij addunt salis Indi drach. duas.

* **C** Atapotia ex lapide cyaneo, ad affectus melancholicos, & bile vsta natos: recipiunt lapidis cyanei loti, drach. sex, epithymi, polypodij, ana drachmas octo: scammonij, ellobori nigri, salis Indi, ana drachm. duas & semissem: agarici 20 drach. octo: caryophyllorum, anisi, ana drach. quatuor: hieræ picræ, drachm. quindecim: misce cum succo intybi. Da drach. duas cum aqua casei.

Cancro, elephantiasi, quartana, tuto & sine molestia purgando conferunt à drach. vna ad drach. vnam & semis. atram bilem purgant valentiùs quàm Indæ.

†
Non parantur, quia lapis Armenus desideratur Manardo.

C Atapotia ex lapide Armeno, melancholiam, & bilē vstā multiplicem vtranque clementer vacuant: ob id morbis inde natis conferūt: recipiunt lapidis Armeni loti & præparati, hieræ picræ, ana drach. quinque: epithymi, polypodij, 30 ana drach. octo: scammonij in cydonio cocti, drachm. tres, caryophyllorum, drach. duas: salis Indi, drac. vnam & semissem: confice cum succo solani.

Rariùs vsurpantur, quàm prædictæ: quia impotentius purgant, licet clementius. Actuarius habet pro polypodio, agarici drach. quatuor, & ponderibus variat. Alexander picræ

picra, epithymi, agarici, scammony, ana scrip. quatuor: lapidis Armeni loti, drach. quatuor: caryophyllo. grana viginti: in alio exēplari scammony scrip. duo: lapidis Armeni scrip. quatuor: in alio ana script. quatuor. Mesue in cephalalgia melancholica accipit aloës drach. quatuor: scammony, drach. quinque: caryophyllo. drach. vnam.

C Atapotia ad catarrhum, coryzam, tussim, aliosq; his succedentes affectus: recipiunt myrrhæ, drachmas sex, thuris drachmas quinque: opij, hyoscyami, ana drachm. quatuor: croci drach. vnam & semissem: radicum linguæ canis, drach. quatuor & semiss. forma massam. Da à drach. semiss. ad drach. vnam.

Pilulæ de cynoglossa alijs dicuntur: tenuem destillationē sistunt: sed parum tutæ sunt, vt aliæ stupefacientes. Alias ex Alexandro in eundem vsum describit Mesues cap. de catarrho, quas cum succo cynoglossi conficit: Alexander vero cum aqua in qua opium sit dissolutum.

C Atapotia ex bdellio maiora ad fluxum hæmorrhoidum & vlcera in eis, & ad menses immodicos, recipiunt bdellij, drach. duodecim: ameos, drach. tres: cepularum, Ind. belleric. emblic. † pectinum vstorum, succini, ana drach. duas & semissem: infunde bdellium † succo porri, & forma massam. Dantur à drach. duabus ad aureos duos.

† Cöcharū
aliq auella-
narum, aliq
veneriarū,
id est, radi-

Humore melancholico & vsto per intestina dementer cum acori le his catapotijs vacuato, deriuatio fit ab hæmorrhoidibus, & vlcerebus intestini recti, quæ vsti humores illi erodendo excitant: & ab immodica per vterum vacuatione: & vrim retentricem hepatis, ac lienis imbecillam roborant.

gunt.
† Vel deco-
cto, vel de-
stillata a-
qua porri se-
tilis, & nō
transplan-
tati,

C Atapotia ex bdellio minora, idem pollentia, recipiunt myrobalanorum, cepularum, Indarum, emblicarum, & belleric. ana drach. quinq;: bdellij, drach. quindecim. Forma vt prius.

C Atapotia de bdellio alia nobis inuenta, idē pollentia, recipiunt myrob. nigrarum, emblicarū, belleric. ana drac. quinq;: bdellij, drac. decē: scorix ferri, seminis porri, ana dra

drach. tres: coralli vsti, succini, pectinum vstorum, ana drach. vnam & semissem: margaritarū, drach. semis. Forma vt prius.

Omnes pilulae ex bdellio valent profusioni sanguinis ex ano: non autem hi, quas cacas haemorrhoidas vocant. In maioribus, cortices auellandarum vstos, vel radicem aliquā stypticam vstam cape, pro venarum, seu pectinum. Vltima ad fluorem immodicum sanguinis per sedem, vel uterum, vel os sunt efficacissima.

† **C**Atapotia ex opopanace, ad paralyfim, spasmū cynicum, gonagram, podagram, & aliorum articulorum dolores, morbosq; partium neruosarum frigidos: recipiunt opopanacis, hermodactyli, sagapeni, bdellij, ammoniaci, colocynthidos, ana drachmas quinque: croci, castorij, myrrhae, zingiberis, piperis, macropiperis, castiae, myrobalano. flauarum, belleric. emblic. ana drach. vnam: scammonij, drach. duas: turbith, drach. quatuor: aloës, drach. duodecim: infundantur lachrymae aquae brassicae, & cū his fac massam. Dantur à drach. vna ad aureum vnum cum aqua chamaeptyios.

Vacuant à cerebro nervosisq; partibus pituitam crassam: sed etiam melancholiam, & bilem.

* **C**Atapotia ex hermodactylis maiora, ad podagram, & dolores frigidos aliarum iuncturarum: recipiunt hermodactylorum, aloës, myroba. flauarum, turbith, colocynthidos, bdellij, sagapeni, ana drach. sex: castorij, sareocollae, euphorbij, opopanacis, rutae agrestis, apij, ana drach. tres: croci, drach. vna & semissem. Forma cum succo brassicae.

Pluribus constant simplicibus, suntq; composita magis: ob id maiora vocant. Haec, vt sequentia quaedam, cathartico rosato Mesuae excipiunt.

† **C**Atapotia ex hermodactylis minora, ad podagram calidam, recipiunt hermodactylorum drach. quinque: scammonij, drach. duas & semissem: myrobalanorum flauarum, drach. tres: rosarum, drach. duas: aloës, drach. decem. Forma cum cathartico rosato. Da drach. duas.

† Elect. rosatum Mes. non elect. de succo rosa. Nico.

Materiam ex iuncturis biliosam praesertim vacuant, sed &

sed & pituitosam: ob id calidæ arthritidi conducunt, sed etiam frigida.

Catap. ex hermodactylis à nobis descripta, recipiunt, hermodactylorum, aloës, ana drachmas quinque: myrobalanorum flauarum, turbith, ana drachmas quatuor: zingiberis, drachmas duas: forma cum electario rosato. Da drachmas duas.

Catapotia Sebellia, obstructiones ventriculi, hepatis, lienis sanant, & hydropem, materiámque vacuant: recipiunt spicæ Indæ, drachmas quinque: spicæ Romanæ, drachm. duas: rhabarbari, agarici, epithymi, ana drachmas tres, costi, mastiches, chamædryos, amomi, ana drach. tres: croci drachmas duas: myrrhæ, cinnamomi, caryophyllorum, schœnu anthûs, ana drachmam vnam: aloës drach. decem: cum vino antiquo forma. Da drachmas duas, cum vino.

Materiam biliosam, pituitosam, melancholicam, ex dietis partibus obstructis vacuant, & aquas hydropicorum, ad scrip. quatuor sumpta: ab inuentore Sebellia quidam dici opinantur. Hactenus Mesuæ catapotia, præter quæ alia quædam vsurpamus, qualia sunt communia omnibus dietis: ab Almanfore scripta cap. de præcautione à peste: recipiunt autem aloës drachmam vnam: myrrhæ, croci, ana drachmam semissem cum vino tenui, odoro: fac massam. Dantur ventriculo vacuo ad drachmam vnam, etiam ad consueta opera ituro: ob id sine custodia scilicet cubiculi vulgò dicuntur. Aestate autem aloë lauanda præstantiora fuerint, si boli Armenicæ drachmam vnam acceperint. Vacuant à ventriculo, mesaræo, hepate, excrementa pituitosa, biliosa, putria, & absumunt, partésque dictas roborant: ob id à peste seruant, quia corpus siccant, vacuant, à putredine vindicant. Catapotia ex fumaria Auicennæ, ad scabiem, recipiunt myrobalanorum flauarum, cepularum, Indarum, ana drachm. quinque: aloës drach. septem: scammonij cocti, drachm. quinque puluerentur omnia, & cum succo fuma-

ria comprehendantur: siccentur dies aliquot in umbra, forma offam, & omnino sicca: & iterum in mortario puluera, & iterum simili succo comprehende, & sicca: iterum puluera, succo comprehende, & forma massam. Soluunt humores acres, biliosos, pituitam salsam, & alios adustos, à quibus pruritus & scabies. Dantur ad scriptula quatuor.

* Catapotia Bechica, ad tussim siccam cum caliditate & asperitate faucium, & gutturi: recipiunt succi glycyrrhizæ, sacchari boni, ana drachm. decem: amyli, tragacanthi, amygdala. dulcium depellatarum, ana drachmas sex, excipe muccagine seminis cydoniorum: fac catapotia in ore tenenda. Fiunt autem hodie forma trochiscorum, inter quos repetentur. Mesues sic describit in practica. cap. de curatione tussis sicca. Fiunt etiam ex benedicta, & item ex hiera picra Galeni catapotia, quæ à remotioribus trahant, quam dum hæc melle excepta sumuntur forma molliore.

Catapotia mastichina Petri de Ebano Conciliatoris, Ventriculum, cerebrum, viscera reliqua, oculos, uterum putribus humoribus purgant, & roborant: accipiunt autem mastiches, drachm. quatuor: agarici albi, drachmas tres: aloës, drachmas decem: cum succo arthemisia, vel syrup. stœchados, vel sapa formantur pro vario medici scopo. Catapotia Asseieret dicta Ruicen. in cephalalgia: recipiunt pul. hiera picra Gale. vnciam vnam:

mastiches, myrobala. citrearum, ana
semunciam: aloës vncias duas,
cum syr. stœchados for-
mentur.

*

SECT